triſtū in ſolitudiſe inuenire· triſtū nō q̄rebat in te
plo ſed in deſerto ſeparauerat ſe a multitudīe· Ocul
expectantibus xp̄m nihil aliud dignū ē aſpicere n̄
triſtū· Felices ſūt q̄ imitātur iohannē· quo maior
īter natos mulierū nō fuit· Hec criſoſtim9· Poſt
ea trāſeuntes iordanē applicuerūt forte ad domū
elizabet· vbi magnū feſtū ⁊ iocūdū factū ē īter eos
Et ibidē audiēs ioſeph· ꝙ archelaus fili9 herodis
regnabat in iudea (Iudeā iheruſalē dicit ⁊ ea q̄ a
tribu iuda ī circuitu poſſidebant) timuit noluitqȝ
illo ire· et admonitus ab angelo in ſomnis· iuerūt
in galileā in ciuitatē nazareth· Ecce reduximꝰ pue
rū iheſū de egipto· Eo reūſo cōcurrūt ſorores dn̄e
⁊ alij ꝯſāguinei ⁊ amici ad viſitādū eos· Ipſi aūt
nazareth remanēt et pauperē vitā ducūt· Exinde
vero vſqȝ ad· xij· annū etatis pueri iheſu aliquid n̄
legitur de ipſo· Dicitur tamē et veriſimile ē· ꝙ ad
huc in nazareth ē paru9 fons· de quo puer iheſus
hauriebat ⁊ miniſtrabat matri faciebat· huiuſmōi
officia matri humilis dn̄s· non habuit aliū ſeruiē
tē· In humilitate ſe tempeſtiue exercē cepit· de q̄
poſtmodum pre ceteris virtutibus gloriando dixit·
Diſcite a me quia mitis ſū et humilis corde·

Quomodo puer iheſus manſit in iheruſalem· Luce 2°

Cum āt factus eſſȝ ih̄s annoꝝ duodecim· aſ
cendit cū parētibus ſuis ſm̄ legis cōſuetudi

nem ad diem feſtū in iheruſalem· et durabat ꝑ di
es ·8· Laborabat ergo nūc puer iheſus itineribꝰ lō
gis et vadit vt honorꝫ prēm ſuū celeſtem in feſtis
ſuis ·obſeruans legem dn̄s legis· Diſtat aūt ihe
ruſalē a nazareth ꝑ xxxv·miliaria vel circa·Cōſū
matis aūt diebus ſeſtis ·recedentibus ꝑntibꝫ ipſe
remanſit in iheruſalez ſponte· et ſicut exhibuerat
matri qđ debebat aſcendēs cū ea tanq̄ homo cū ho
minibꝫ ad offerenda ſacrificia deo·ſic etiā patri de
bitū exhiberet· doctrine ſpūali vacando·Ex q̄ etiā
habet̄ argumētū·ꝙ pueri nō peccant· qui parētes
ſuos relinquētes latēter icenobia fugiūt vt ibi do
ſeruiāt·Sed q̄ritur· qūo parētes eiꝰ·id eſt·pr̄ pu
tatiuus ac vera mr̄ potuerūt eū ꝑdere obliuiſcēdo·
qui tāta ꝓuidētia eū nutriebāt·R̄n̄dēdū ē ꝙ mos e
rat filijs iſrl̄ ad feſta cōfluētibus vel ad ꝓp̄a redeū
tibꝰ ·ꝙ incedebāt ducētes choros ⁊ ſeorſū viri et
ſeorſū mulieres ·pueri āt cū q̄libet parēte ire pote
rāt· Vn̄ ioſeph vidēs puerꝝ n̄ eſſe ſecū·putabat eū
eſſe cū maria·⁊ ſimilit̄ econuerſo·Sic autē venerūt
iter vniꝰ diei a ihrl̄m ſine puero ⁊ tūc cū in ſero ve
niſſent ad locū vbi hoſpitari debebāt·vidēs dn̄a io
ſeph ſine puero quē cū eo rediſſe credebat·doloē ve
hemēti ꝯcuſſa cū lacrimis ꝑ domos (q̄ꝫ decēt poterat)
circuibat illo ſero q̄rens de ipſo·ioſeph vero ſenex
ſeq̄bat̄ eā cū fletu·Quo nō inuento qualem quietē

habere poterant tu ipſe cōgita· et maxime Mater q̄
ipſū artius diligebat· Et licet a notis confortaret̄
nō tamē poterat cōſolari· quid eīm erat pdere iheſū
Cōſpice bene hanc ⁊ vehemēter ei cōpatere· qꝛ ī an
guſtia ē nūc anima ſua· Nūq̄ ex q̊ nata fuit vſqꝫ
tūc fuit in maiori anguſtia· Non ergo turbemur·
quādo tribulatōnē habemus· cū etiā mrī nō pepcit
dn̄s· ad ſuos eī eas venīe pmittit· ⁊ ſigna ſt̄ ſue di
lectionis· nobis ergo expedit eas habere· Tandez
dn̄a ſe in camera recludens ⁊ ad orationē ⁊ plāctū
ſe cōuertens· per totā noctem illā anguſtiabatur
ſup dilecto filio ſuo· Mane vero ſequēti tempeſti-
ue domū exeūtes querebant eū etiā per circūſtan-
tia loca· nā p plures vias patebat reditus· Circu
eūdo ergo ibant querētes eū maxime inter cogna
tos et notos· Quo etiā tunc nō inuento· mat̄ qua
ſi ſine ſpe anxiabat̄ ⁊ nō poterat ꝯſolari· Tertio ve
ro die regreſſi ſūt ī iheruſalē· ſicqꝫ cōpleto triduo
amiſſionis eius (in quo pfiguratum eſt triduum
mortis eius in quo credebatur amiſſus) inuenerūt
eū in templo tanq̄ ſapientie fontem in medio doc-
toꝝ ſedentē· Sed tamē tanq̄ exemplar humilita
tis prius audientem et querentem q̄ docentem· qꝛ
qui prius reſpondet q̄ audiat ſtultum ſe eſſe demō
ſtrat· Interrogabat non vt diſceret ſed vt eos do
ceret· q̄ etiā homines docti promptiores debent eē

ad audiendū q̄ ad docendū· De questionibꝰ etiam
legis interrogans magis docet dū prudēter inter-
rogat· Mater autē vidēs eū quasi reuiuiscēs exhi
larata grās deo egit· At puer ihesus vidēs matrē
venit ad eam· quem ipſa ſuſcipiēs et dulciter oſcu
lans ac deinde reſpiciēs dixit ei· Fili q̄d feciſti nob
ſic· ego ⁊ pater tuꝰ dolētes q̄rebamꝰ te· Et ille Qua
re me q̄rebatis? Neſciebatis q̄ i his (q̄ patris mei
ſūt) oportet me eſſe· Ipſe vero ad mr̄is requiſitionē
⁊ voluntatē rediit cum illa nazareth· nam quia de
us et homo eſt nunc excelſa deitatis nunc infirma
humane fragilitatis prefert· Itaq̄ʒ quaſi filius dei
in templo commoratur· quaſi filius hominis cum
parentibus (quo iubent) regreditur· ⁊ erat ſubdi
tus illis· Ecce q̄ parentibus debemus obedire oſtē
dit· Unde ancelmꝰ· Infantia vero teneriori decur
ſa diſcende veritatis humiliter nobis exemplum
prebuiſti· Nō enī ſediſti cū ꝯſilio vanitatis ſed in
medio doctorū interrogans et audiēs illos cum do
minus ſcientiaꝝ eſſes et ſapiētia dei patris· Sed
et obe̅ie nobis formam prebuiſti· dum parentum
imperio imperator mundi humiliter ſubditus ex-
titiſti· Sed quid fecit puer ihesus in illo triduo?
Conſpice eum attente· quomodo ſe reducit ad a-
liquid hoſpitale pauperum· et cum verecundia pe
tit ſe ibi hoſpitari· et ibi comedit et hoſpitatur cū

pauꝑibus ihesus pauꝑ·Conſpice etiam eū inter
doctores vultu placido ſapienti et reuerenti et quo
modo audiebat ⁊ interrogabat q̄ſi ignorās·quod
ex humilitate faciebat et etiam ne illi verecūdarē
tur ſuper mirabilibus reſponſis eius· Cōſide-
raē āt potes ī p̄dictis tria valde notabilia·Primū
eſt·ꝙ qui deo vult adherē nō inter cōſaguineos
debet cōuerſari ſed ab eis diſcedere·Nā et puer ihe
ſus a ſe dimiſit dilectiſſimā matrem cum operibus
patris ſui intēdere voluit·et poſtea queſitus inter
cognatos et notos inuentus nō fuit· Secun-
dum·ꝙ qui ſpiritualiter viuit non miretur ſi-
aliquando mente arida remanens videtur ſibi ꝙ
derelictus ſit a deo·cū hoc etiam matri dei ꝯtigerit·
Non ergo mente tabeſcat ſed diligenter eum que
rat ꝑ cōtinuum exercitiū ſpiritus in ſacris medita
tionibꝰ et bonis operibꝰ perſiſtendo ⁊ reinueniet
eum·Tertiū·ꝙ nō debet quis eſſe ꝓprij ſenſus vel
ꝓprie voluntatis·nam cū dominus ih̄s dixiſſet ꝙ
oportebat eum operibꝰ patris itēdē·mutauit ꝓpriū
ꝯſiliū et matris voluntatē ſequutus ē ac ꝯceſſit cū
ea ⁊ nutricio ſuo·⁊ erat ſubditus illis·In quo etiā
admirari potes humilitatem eius·de qua plenius
infra proximo dicemus·

Quid dominus fecit a duodecimo anno vſqꝫ
ad principium xxx·